



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

17. Dies Martii. Quantò plus honoramur, tantò plus periclitamur.  
Augustinus in Psal. 10.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

vivunt sine voluptate, in modo labore, ne dicam dolore,  
& tamen vivunt, tunè solus moriturus quia sine vo-  
luptate? Non grave putas abstinere omnibus vo-  
luptatibus: ut potuisti majoribus earere, poteris mi-  
noribus: ut potuisti multis, poteris aliis: ut potuisti  
pluribus, poteris reliquis. Denique, si spretâ corpo-  
ris appetitatem, hic cupita fruaturis voluptate, teque to-  
tum immergas cæno, certo prosciberes cælo. Quod  
ne fiat, ut tibi consulas, sequere Poëta consilium.

*Asper erit vietus, labor asper, & asper amictus,  
Aspera cunctatibi, si vis super aethera scribi.*

## 17. DIES MARTII.

Quantò plus honoramur, tantò plus pe-  
riclitamur. *Augustinus in Psal. 10.*

Nec I.  
honor.

**I**n nullum opus futilius impeditur no-  
stra opera, quam ut nanciscamur hono-  
rem: utpote cum sit periculose ple-  
num aleæ, nunquam acquisitis est pre-  
mium operæ. Nemo altius cadit, quam qui altius as-  
cendit. Quidquid ex terris est sublime, obnoxium  
est ruinæ. Ubicumque est fastigium, illic finiti-  
mum est præcipitum. Quantò igitur est excelsior  
gradus, tantò est profundior casus. Primum quod  
feriunt fulmina, ut plurimum sunt culmina. Sic &  
fortuna illos primum dejicit, quos ut primos extu-  
lit. Quot è salutis suggestu excidissent si ad hono-  
rem fuissent evecti? Etenim cœli via penè est invia  
illis qui honorum premunt semitas. Hinc affinia  
sunt

sunt nomine dominatio & damnatio : qui vigitur metuat damnari , qui expetit dominari In honorus est omnis honor, nisi eo intendamus , & viribus contendamus augere honorem Dei. Imò si affectes honorem, hoc ipso sis indignus honore. Nemo honorabilior eo, qui non tantum sua sed etiam se despexit, non honorem modò sed honorandum. O quām magnus animus, qui ipsam animam contemnit, qui seruitum Dominum. Quo honorem minus aestimamus, pluris aestimantur. Inestimabilis erit, qui ipsam sui aestimationem non aestimat.

II. Deindè quid quereris tibi honorem , vel non referri, vel auferri , qui quocumque te aspicias, te honore indignum cognosces? Nihil es nisi peccatum, & mendacium. Quis honoret nihil ? tam dignus es quem omnes faciant nihil, quām ipsum nihil: si sis, imò cùm sis peccator, cogeris, si nolis mentiri, dicere cum Job: (a) *Redactus sum in nihilum.* Itaque ad nihil jam vales ultra , nisi ut conculeris ab hominibus. Quæ igitur insanior insanias, quām velle eorum laudibus honorari , quorum pedibus dignus es calcari? Quām rediculus opilio , qui stomacharetur se non esse electum in Imperatorem ? Quām stolidus latro, qui dignus vel puniri gladio , vel suspendi laqueo, postulareret donari corona aut sceptro ? Quid isti merentur qui rudes, tardi, stolidi, & stolones, vix digni sunt qui sint linctores, ambiunt tamen esse Senatores: non merentur esse carnifices, affectant esse Consules. Par tua est insanias. Quantus quantus es, non es nisi vanitas , imò ipsa vilitas , nedicam peruersitas, & putas te omni honore dignum , ac si esses

(a) *Job. 30.15.*

cesses ipsa dignitas. Pavo sit licet totus formosus ob oculatam floridæ caudæ pompam , ob unicum tamen pedum defectum , totus confunditur, & versicolor illa cauda præ pudore contrahitur.

III. Denique quanta est tua utilitas , tam quoque est honor vilis. Ut honoris non pendet à te, nec à tua industria , sed ab aliis , & alicum habidine, Quàm igitur arduum est illud velle consequi, quod tibi nunquam potes dare , quod nunquam occurret , quod necessè est ut dent alii, ut dent multi. Quid astimas bonum quod negare malus valet, invidus volet ? Quid censes bonum quod pendet sàpè à malis ? & bonum tuum quod pendet ab arbitrio alieno. Si omnibus esset integrum impunè tibi tuas tollere fortunas , quis te foret infortunior ? Ista licentia in honore est : cuivis arbitrium, illum vel tollere, vel multum imminuere. Quæ major miseria , quàm precaria fœlicitas, quæ in omnium sit manu , præterquam in tua ? Erit secura tua securitas, quæ pendet etiam ab hoste ? Quæ tot habat pericula, quod fieri possunt judicia ? Ista conditio nostra est dum ambimus honores. Aucupamus insensati, vulgi sensum, non quovis die sed hora. Probari volumus ab his quos improbamus. Itaque si sapi, noli honorem mutuari à mutabili honore, ne & tu si varius & mutabilis, cerrum est enim illud proverbium :

*Immutant homines mores, cum dantur honores.*